leat,vt teſtamentū,valeat,vt codicillus: &c. tunc ipſe
filius tenet̃ reſtituere hæredibus inſtitutis in teſtamē-
to ſolū deducta ſua legitima debita iure naturæ,& ni
hil vltra, & in legitima debet cõputare, id qđ fuit ſibi
relictū in teſtamento iure inſtitutionis,vel relicti,iux.
quæ habentur per ſcribentes in l.in quartā.ff.ad l.falc.
& per Bal.& alios in d.l.filiū in 10.colu.l. cū quo. §. fi.
ff.ad l.falc. ēt ſi id fuiſſet relictū iure inſtitutionis filiæ
in teſtamēto l.qm̃ nouella.C.de inoffi.teſt.¶Nec ob-
ſtat tex.in c.raynutius,& in c. raynaldus extra de teſt.
p quæ iura hodie tàm canoniſtę,q̃ legiſtę cõmuniter
volūt,ꝙ filius, ſeu filia grauati p fideicõmiſſum poſ-
ſint detrahere & legitimam debitamiure naturæ,quę
eſt tertia bonorū,& tertiam reliquę hæreditatis pro-
pter reſtitutionem, ad quam tenetur ex trebelliano,
quia illud eſt verum, quãdo illæ duæ quartæ ſunt de-
trahendæ diuerſis temporibus, vt quia filia, vel filius
fuiſſent grauati reſtituere hæreditatem poſt mortē,
vel ſub aliqua alia conditione,ſecus ſi ſimul, & eodē
tempore, vt quia purè, & ſtatim teneretur reſtituerę
per fideicommiſſum, quoniam tunc alteram tantū
detrahit, & illud plus, quod eſt in legitima, ſi ipſe à

Trebellianica inciperet,vt concludunt gl.& doct. ca-
noniſtæ, & legiſtæ magis communiter in d. c. ray-
tius, & in l.quanquam.C.ad l.falc.Alexan.in d. cõſ.
142.cum vulgarib.quæ non curo referre.Sed quia
filia,vel filius tanquā hæredēs ab inteſtato ex illa clau-
ſula codicillari cenſentur grauati reſtituere hæredita-
tem hæredibus inſtitutis in teſtamentum, quod non
potuit valere ex defectu ſolennitatis, vt teſtamentum,
ipſi purè cenſentur grauati, & ſimul, & eodem tem-
pore detrahere poſſent ambas quartas, ergo altera de-
bent eſſe contenti, & non poſſunt vtrãq; habere,
niſi illud plus,quod eſſet in altera,vt dicit declarat
præfati doct. ſuper quibus vlterius non [illegible]
non expedit, cū res in ſe apud viros doctos [illegible]
ra.¶Quarta quæſtio eſt,an codicilli facti per Lauren-
tium poſt ſuum teſtamentum de iure valeant, vt [illegible]
lis dicantur confirmata ea, quæ in teſtamento diſpo-
ſita fuerunt,item vt diſpoſita in illis debeant [illegible]
exequenda: Et ſi teneamus id, quod concluſum [illegible]
ſuprà in primò dubio, teſtamentum Laurentij [illegible]
re validum eſſe, tunc res abſque difficultate [illegible]
21 cedit;quia omnino concludendum eſt, † codicil-
lis ẽt valere, & habere effectum data validitate teſtamen-
ti, à quo ipſi codicilli recipiunt robur, & cõfirmatio-
nē, tū quia omnia, quæ reperiuntur ſcripta in codicil-
lis, perinde habentur, ac ſi in teſtamēto ſcripta eſſent
l.2.in princ.ff.de iure codicill. tum quia & ſi de iure
[illegible]ſiorum.quoad validitatem teſtamenti eſſet differen-
tia,an codicilli eſſent facti ante vel poſt teſtamentum,
vt l.ante tabulas.l.ab inteſtato.ff. de iure codicill. ta-
mē hodie ſecus eſt,quia nō refert,an ante, vel poſt te-
ſtamētū confecti fuerint,eo enim ipſo teſtamēto con-
firmati cenſentur, gl.in l.ſiue in initio, & ibi Alex.
C.de codicill.& inſt.eo.§.j.hr̃ per gl.& Bart.in d. l. an-
te tabulas:& ita demū codicilli teſtamento cõfirma-
ti habent effectum tanquā teſtamento confirmati, &
validi cenſentur, ſi hæredes in teſtamento inſtituti hę-
reditatem adiuerint l.ſi quis cū in fi.& ibi gl.& Barto.
ff.de iure codicill.cum ſimil.alleg.ibi per Bar.in ca-
ſu noſtro hæredes inſtituti adiuerunt ex teſtamento
22 hæreditatem, ergo&c. † Si autem præſupponamus
abſq; veri præiudicio teſtamentum factum à Lauren-
tio fuiſſe nullū ex cauſis ſuprà adductis, videlicet ob
ſolennitatem,& formā teſtamento omiſſam, & con-
ſequēter hæredes inſtitutos in teſtamento nõ potuiſ-
ſe adire hæreditatem, vtrū codicilli facti, q non poſ-
ſunt dici confirmati à teſtamento nullo & inualido,
nec è contra arg.l.qđ per manus.ff.de iur. codicill. in
ſe valeant, & effectum aliquem habere debeant? Et
non; valere primo aſpectu videtur concludendum,
quia teſtamēto facto, à quo codicilli confirmantur,
& depēdent, vt ſuprà dictum fuit, & probatur in d. l. ſi
qs cū in fi.in j. reſpon.ita demū codicilli habent effe-
ctū,& valere dicuntur,ſi ex teſtamento hęreditas fue-
rit adita,& potuerit adiri,alioquin ſecus, vt eſt tex. in
d.l.ſi qs cū in fi.verb.& ibi gl.& Bart.q allegat alia iu-
ra,& ratio eſt ſecundum gl.ibi,quia facto teſtamento
teſtator videtur in codicillis rogare hæredes ſcriptos
in teſtamento,vt teneantur ad legata, & ad fideicom-
miſſa:q hęredes cùm non adiuerint, deficiunt omnia
legata,& fideicommiſſa etiam facta in codicillis, qui
confirmationem habent à teſtamento arg. l.ſi nemo.
ff.de teſta.tutel.cum ſimil.Idem eſt ſecundum Bal.in
d.l.ſi quis.§.teſtamento de iur.codicill. quando codi-
cilli eſſent facti ab inteſtato, quoniam ad hoc vt dica-
tur confirmati, requiritur, ꝙ adeatur hæreditas ab in-
teſtato.¶Secundo ex quo codicilli ſunt tãquā ſequel-
la teſtamēti,& ab eo depēdēt.l.j.C.de codicill. abſur-
dū eſſet, ꝙ teſtamētū, & ea q̃ ĩ teſtamēto facta ſūt, à co-
dicillis ꝯfirmarent̃, cum magis ꝯueniens ſit, vt co-
cilli

cilli à teſtamento cõfirmētur, quàm ècõtra dic quod
per manus,& ideò cùm teſtamētū ſit nullū in caſu no
ſtro, ſimiliter & codicilli debēt dici nulli;qa acceſſo-
rium ſequitur naturā ſui prīcipalis c. acceſſoriū de reg.
iur. in 6. ¶Tertio non poſſumus dicere codicillos va-
lere ſaltē quo ad effectū, vt hęredes inſtituti ī teſtamē
to ſint hęredes, qa ſic teſtamentū diceretur ꝑ codicil-
los cõfirmari:quod vtrunq; falſum eſt,primū,qa hęre
ditas directè in codicillis nec dari, nec adimi poteſt l.
2. C. de codic.& in §.codicillis inſt.eo.ti.& ſecundū ꝓ-
bat tex. in d.l.quod ꝑ manus,ergo in caſu noſtro nõ po
teſt concludi,codicillos ualere ſaltē ad effectū,vt hęre
des inſtituti in teſtamēto habeāt hæreditatē.¶His ta-
men non obſtātibus,illud in puncto iuris verius, ma-
giſq; probandum duxi : quod codicilli fuerint de iu-
re ualidi propterea qa omnia in illis de iure requiſita
interuenerūt: & quamuis fuerint facti poſt teſtamētū
inualidū, & in quo hæreditas inutiliter data fuit,fortè
qa in teſtamēto nõ interfuerunt ſeptē teſtes, & ipſi ema
nauerint ad confirmādum teſtamentū , ſeu hæredita
tem datam in teſtamento,tamen codicilli valēt, & ex
illis debetur hæreditas ab hæredibus legitimis nõ iu-
re directo, ſed per fideicõmiſſum ſalua ratione legis
falcidiæ, hoc ē trebellianicæ, vt ē tex.clarus,& in termi
nis in d.l.2.in fin.ff.de iur.codicil. & ibi gl. q̄ dicit hoc
in caſu deberi à legitimis hæredibus nõ iure directo,
23 ſed per fideicõmiſſum: quia†hæreditas ī codicillis po
teſt relinqui per fideicõmiſſum, vt eſt tex.clarus in d.
l.2.C.de codicil.l.ſcæuola.ff.ad trebel. cū ſimi. alleg.ꝑ
gloſſ.in d.l.2.in fin.& d.l.codicillis in fin. ff. de lega.2.
24 ¶Præterea† codicilli facti ab inteſtato, hoc eſt nullo
condito teſtamento, vel eo, quod ꝓ non facto habeť,
valēt, ſi illis ſit diſpoſitū de hęreditate etiā per uer
ba directa,illa debetur per fideicõmiſſum ab ijs,q ab ī
teſtato ſuccedere poſſunt , vt ſunt legitimi hæredes ,
& verba directa,vt codilli valeant, obliquantur,vt eſt
in d.l.ſcæuola,& ibi Bartol.& alij , & per Bart.in l.
1.in 2.col.ff.de iure codicil. ſed quando fuit factum te
ſtamentum ſine ſolennitate requiſita,perinde eſt,ac ſi
factum non eſſet,& teſtator dicitur decedere ab inteſta
to,arg.l.1.in pri.ff.de ſuis,& legit.l.1. ff. de iniuſt. rupt,
& irrit.teſta.cū ſimil.ergo codicilli facti poſt teſtamē
tum,quod eſt nullū ex defectu ſollennitatis, dicuntur fa-
cti ab inteſtato,& ideo ex illis deberi poteſt hæreditas
per fideicõmiſſum à venientibus ab inteſtato illis,qui
fuerunt hæredes inſtituti in teſtamēto.¶Cõfirmātur
prædicta ꝑ ea,q̄ volunt Bart.& alij in d.l.1.ff.de iure codi
cil. quod ſi teſtator ī teſtamēto nullo ratione omiſ-
ſæ ſolennitatis, propterea qa nõ interuenerūt in illo
ſeptē teſtes,inſtituerit aliquos hæredes, & uoluerit il-
lud teſtamentū valere iure codicillorū,ſi iure teſtamē
ti valere non poſſet,dicunt Bar.& alij, quòd veniētes
ab inteſtato,hoc ē hæredes legitimi dicūtur eſſe dire-
cto hæredes,ſed ipſi tenenť hæreditatē reſtituere etiā
extraneis hęredibus inſtitutis in teſtamēto ſalua ratio
ne legis falcidiæ,hoc eſt trebellianicę,vt ꝓbatur in d.l.
2.in fin.& in l. ex teſtamēto cū gl.fin.C. de fideicõ. fa-
ciunt,q̄ habentur per Bal.per illū tex.in 5.col.C.de co
dicil.¶Præterea† quamuis cõfirmatio, ſeu ratificatio
teſtamēti facta in codicillis non operetur, vt teſtamē
tum,quod eſt nullum ex defectu ſolennitatis , valeat vt
teſtamentum,arg.d.l. quod per manus , operatur ta-
men,vt ex illa dicatur conſtare de voluntate teſtato-
ris,quod facta in teſtamento valere debeant eo mo-
do,quo poſſunt,& ſic ſaltē per fideicõ.vt in d.l.2.C.de
codic.ī d.l.2.in fi.cum ſi.ff.eo.ti.¶Et hanc ſnīam ſe
quentes, facilè in cõtrium adductis reſpondere poſſu-
mus,primoq; fundamento , quòd procedat , quan-
do teſtamentum eſſet de iure validum.& conſequen-
ter ab eo codicilli poſſent confirmari ; nam tunc ad

hoc,vt illi ex teſtamento confirmētur,reqritur,quòd
ex teſtamēto adita fuerit hæreditas,vt in d.l.ſi qs cū.§.
teſtamento,ſecus verò ſi nõ poſſet adiri hæreditas ex
teſtamēto,quod nullū eſſet , qa tunc ꝑ codicillos con
firmari poteſt id, quod in teſtamēto nullo,ſeu inuali-
do factū fuit,etiā ſi eſſet hæreditas , non ad effectū, vt
ualeat iure directo,ſed per fideicommiſſum, vt in d.l.
2.in fin.ff.de iure codicill.& hic eſt caſus noſter.Secū
27 do reſpondeť, †quòd hæreditas adiri debet ſiue ex te-
ſtamento,ſiue ab inteſtato ad finē,vt legata,& fideicõ
miſſa particularia debeantur ex codicillis,vt in d.§.te
ſtamento,& in l.2.ff.de fidiecom.liber.l.filio.§.ſeruus
ff.de hæredi.inſtit.quæ iura allegat Bal.Quantum ve-
rò eſt quo ad fidei commiſſum uniuerſale , quod ra-
tione codicillorum eſt reſtituendum à uenientibus
ab inteſtato,requiritur aditio hæreditatis , vt locus ſit
reſtitutioni,& ſi hæredes ab inteſtato , qui cenſentur
grauati,nollent adire,vt non reſtituant, cogi poſſunt
ex ſenatus conſulto Trebelliano iuxta d.l. 2. in fin. &
in d.l.codicillis in fin.de leg.2.iuncta l.1.§. 1.& in l.re-
cuſare. §.meminiſſe.l. nam quod per totam legem ,
& ibi per totum titulum. ff. ad Trebell. In terminis
autem noſtris fuit adita hæreditas per hæredes ſcri-
ptos in teſtamento ex ipſo teſtamento , item & per
filiam, quę hæredibus ſcriptis aduerſatur,fuit adita ab
inteſtato, vt conſtat ex deductis in proceſſu; ergo di-
ctū primū fundamentum ceſſat . ¶Non obſtat ſecun-
dum, quod eſt ſatis debile , quia reſponſio colligitur
28 ex ijs,quæ habentur per Bart.quem alij ſequūtur,†nā
aliqui ſunt codicilli,qui dependent,& aliqui, qui non
dependent a teſtamento,illi,qui dependēt , vt ſunt ij,
qui vel ſequuntur teſtamentum , vel fiunt ante teſta-
mentum ualidum iuxta tex.in §. 1.inſtit. de codicill.
& in l.ſiue ī initio cū ſimil.C.de iur.codicill. rupto,&
annihilato teſtamento,ipſi etiā tāquā ſequela annihi-
lantur,& non valent, vt in l.1.C.de codic. l. ſi quis cū
teſtamentum nullum in fi.ff.eod. non dependent au-
tem,nec ſunt teſtamenti ſequela.ſed per ſe principali
ter ſtant,quando facti ſunt ab inteſtato,vel facto teſta
mento ab initio,& ſemper nullo,vt quia non eſſet ſer
uata ſolennitas &c. & tunc quamquis teſtamētum ſit
nullū,valent tñ codicilli,qui per ſe ſtant,vt in d.l.ſi qs
cū ī prin.& in l.q graui, & ibi gl. & in l.ab inteſtato.ff.
de iure codici.& in l.is qui eod.titu.& faciunt,quæ ha
bentur per Bald.in l.conficiuntur in princ.eod.tit.ſed
in caſu noſtro teſtamentum fuit à principio , & ſem-
per nullum , præſupponendo ſine ueritatis præiudi-
cio,quòd non valuerit ob ſolennitatem , & formam
omiſſam,ergo &c. ¶Tertio fundamento facto in cõ
trarium ex prædictis apparet eſſe reſponſum,quia nõ
eſt in cõueniens,quòd teſtamentū,hoc eſt id, quod di
ſpoſitū eſt in teſtamēto nullo, & in quo hæreditas inu
tiliter data fuit,dicatur confirmari , etiā ſi loquamur
de hr̄ditate ꝑ codicillos nõ iure directo, ſed ꝑ fideicõ
miſſum, vt eſt tex.in d.l.2.in fi.ff.de iur.cod.¶Nõ ob.
tex.in d.l.quod per manus,vbi habetur,non poſſe cõ
firmari teſtamentum per codicillos,ſed è contra,Itē
hæreditatem dari nõ poſſe in codicillis iuribus ſuprà
29 allega.Quia reſpondetur,†hoc uerum eſſe loquendo
de teſtamento ualido,& de ijs, quæ in teſtamento ua-
lido continentur, ſed quando teſtamentū eſſet inuti-
le,& nullum,tūc id, quod eſt diſpoſitum in teſtamen-
to,poteſt per codicillos cõfirmari nõ eo modo, quo
in teſtamento fuit diſpoſitum,hoc eſt,ut id valeat iu-
re directo, quia in codicillis hæreditas directo da-
ri non poteſt, nec adimi , d. l. quod per manus ,
ſed bene poteſt confirmari , vt id debeatur per fi-
deicommiſſum.d.l.2.in fin.quia per fideicommiſſum
poteſt dari hæreditas.§.codicillis inſtit. de codicill. &
eſt text. in l. 2. C. eod. titu . & in l. 2. in fin . ff . eo . tit.

¶ Capio quintum, & vltimum, An filia, quæ agno-
uit id, quod ſibi pater reliquit iure inſtitutionis in te-
ſtamento pro omni eo, & toto &c. ſeu hæredes ſui
poſsint contrauenire, & agere contra hæredes ſcri-
ptos in teſtamẽto ad effectum cõſequendi omnia bo-
na ab inteſtato: Et illos poſſe aliqui fortè exiſtimarẽt,
ſtante nullitate, & inualiditate teſtamẽti, & codicillo-
rũ, & quod clauſula codicillaris non fuerit appoſita,
30 nec potuerit apponi in teſtamẽto, & in primis, † quia
dicta filia, ex cuius perſona agitur, agnouit legatum,
& cõuenit cũ hæredibus ſcriptis, non uiſis, nec lectis,
nec cõſideratis verbis teſtamẽti, quę ſi ipſa cõſiderauiſ
ſet, ꝓfecto cognouiſſet nullitatẽ teſtamenti ex defectu
ſolennitatis, ideoq; talis agnitio, & cõuentio, ſeu trãſa
ctio facta ſuper his, quæ in teſtamẽto continent, & ab
illo dependent, debẽt dici nullæ, ſeu de iure inualidæ.
l. de his. ff. de tranſact. ubi Barto. & Docto. cõmuniter.
Et p̃ſuppoſito ipſam non ſciuiſſe, nec cognouiſſe de-
fectũ unius teſtis, & non eſſe ſeruatã formam in teſta-
mento requiſitam, tamẽ potuit uериſimiliter ignora-
re, an teſtamentũ fuerit nullũ, an ualidum, quoniã etiã
iuriſperiti in caſu, de quo agitur, poſſent errare, cum
ualidis argumẽtis opinio cõtraria, quòd teſtamentũ
ualuerit, poſsit roborari, ut iã dictũ fuit: vnde quãuis
31 iſte ſit error iuris, tñ nõ debuit nocere ipſi filiæ, † tum
ꝗa ſumus in damnis, iuxta text. in l. iuris cũ ſequ. ff. de
iur. & fact. igno. tum quia ipſa erat fœmina, & minor
25. annis, quo caſu error iuris in damnis, & etiam in
lucris non debet nocere. l. regula cum ibi not. eod. ti-
tul. l. quamuis C. eodem titu. uel ſaltẽ prædicta præbe
re debẽt iuſtam cauſam dandi reſtitutionẽ integrum
aduerſus agnitionem, ſeu tranſactionem factam per
32 dictam filiam, † quæ reſtitutio in integrum ſeu ius pe
tendi reſtitutionem tranſit etiam ad hæredes mino-
ris, ut infrà tempus à iure datũ poſsit peti reſtitutio, l.
ea quæ, & in authen. ibi poſita cum glo. & in rubr. C.
33 de tempor. in integ. reſtitu. ¶ Prætera, † cum ipſa fi-
lia interueniente eius marito ex quadam ignorantia
(quia credebat teſtamentum ualere) uenerit ad diui-
ſionem, & ad aſsignationem bonorum hæreditatis
paternæ cum hæredibus in teſtamento deſcriptis, &
ex poſt ipſa, uel hæredes ſui cognouerint teſtamentũ
fuiſſe nullum ex defectu ſolennitatis, ſequitur, quòd
ipſa, uel hæredes ſui non obſtante agnitione, & diuiſio
ne prædicta potuerunt contrauenire, & petere diui-
ſionem, ſeu agnitionem reſcindi ad effectum conſe-
quẽdi bona integraliter ab inteſtato, ut eſt text. notab.
in l. ſi poſt. C. de iur. & fact. igno. Nec ex eo, quod di-
cta filia, quæ ab inteſtato ſuccedere debeat, uel eius hę
redes tacitè, uel expreſsè per errorem facti credentes
ualere teſtamentum incidenter fuerint confeſsi teſta
mentum debere habere effectum, uel hæredes in illo
inſtitutos fore hæredes, debet fieri præiudicium filiæ,
ſeu hæredibus ſuis, quin poſsint agere contra teſtamẽ
tum, & petere bona hæreditaria, quia errantis uolun-
tas nulla eſt, ut eſt caſus ad literam qui, uidetur ca-
ſum noſtrum decidere, in l. cum teſtamentum. C. de
iur. & fact. ignor. & ibi Bald. ¶ Cæterum, his omni-
bus non repugnantibus, uidetur contrarium omnino
concludendum eſſe, quia ſi præſupponimus teſtamẽ-
tum Laurentij eſſe de iure ualidum, uel in illo eſſe ap
poſitam, ſeu potuiſſe apponi clauſulam codicillarem,
aut codicillos factos per dictum Laurentium poſt te-
ſtamentum ualuiſſe, prout ſupra. concluſum fuit, & ẽ
uerũ, certè non eſt inſiſtendũ ulterius, ſuper hoc quin
to dubio, an licitum ſit hæredibus ipſius filiæ, & ſic Se
baſtiano aliquid petere ultra ea, quæ ſæpius fuerunt
iudicata, hoc eſt ultra legitimam debitam iure natu-
ræ ipſi filię, & uenire contra teſtamentum, & in illo
diſpoſita, per ea, quæ dicta, & concluſa ſunt in alijs du

bijs: Verum tamen dato, & non conceſſo, teſtam[entum]
fuiſſe nullum, & clauſulã codicillarem apponi [non po-]
tuiſſe in teſtamento, Item codicillos etiam eſſe [inua-]
lidos, & in efficaces, adhuc concludendũ eſt d[ictum]
Sebaſtianum hæredem ipſius filiæ neq; ĩ hoc iu[dicio]
obtinere, neque cõtrauenire poſſe prætextu err[oris]
de quo ſuprà. quia, ut mihi in facto præſuppon[itur]
34 † per dictum Sebaſtianum qui agit, ut imm[itta]
poſſeſsionem omnium bonorum hæreditatis d[icti]
Laurentij, ueluti continetur in pũcto mihi exhibito
intentatũ fuit poſſeſſorium adipiſcendæ, [in-]
terdictum quorum bonorum, in quo [...]
ut in l. 1. & ibi Bartol. C. quorũ bon. & [...]
totũ ff. eod. quo fit, ut ipſe ſibi quo ad poſſeſ[...]
catur præiudicaſſe, admittendo teſtamẽ[...]
ponendo in alijs iudiciis hæredes in teſtamẽto La[uren-]
tij deſcriptos eſſe hæredes, ꝗnimo & poſſeſſ[...]
norũ hæreditatis dicti Laurẽtij ex teſtamento [...]
35 † Quoniam licet uoluntas hæredis errantis [...]
at ipſi hæredi quo ad proprietatẽ, & petitori[um]
teſtamentum, nocet tamẽ ei quo ad poſſeſſ[...]
interdictũ quorum bonorum, ſicut legatar[...]
interdictum quorum legatorum, ut probat [...]
legatarius. ff. ad l. falcid. per quem text. ita d[...]
magna in d. l. cum teſtamentũ, quã ſequuntur [Bar-]
tol, Salic. & alij. ¶ Secundo uidetur, quòd etiam [in]
proprietate dictus Sebaſtianus hæres ſibi præiud[ica-]
36 uerit, quamuis errauerit, ut ſuprà, † quoniam ip[ſe in]
alio iudicio fuit confeſſus reſpondẽdo poſition[ibus]
& principaliter, ergo ſibi præiudicauit etiam per [er-]
rorem confitendo, ex quo ſequuta fuit ſententia [...]
per Bartol. in l. cum falſa in uerſ. contra prædicta [...]
de iur. & fact. ignor. ¶ Non obſtat ille tex. in d. [l. cum]
teſtamentum, quia procedit, quando quis fu[it]
confeſſus ĩcidenter propter aliud, & extra iudici[um]
37 teſtamentum ualidũ eſſe, ut ibi per Bar. Præterea [er-]
ror facti nõ nocet, nondũ finito negotio tranſactio-
ne, uel rę iudicata, ſed illo ſic finito, prætextu erroris
retractari nõ põt. l. ſi nõ, & l. error cum gl. C. de iur. &
fact. ign. ſed Sebaſtianus affirmauit, & approbauit te-
ſtamẽtũ Laurẽtij, & cõfeſſus fuit, illos de Guarman[...]
eſſe hæredes ex dicto teſtamento, & finitum fuit in-
ter eos negotium reiudicata, item & interueniente
38 laudo, quod tranſiuit in rem iudicatam, † quod di[ci-]
tur eſſe quædam tranſactio, Alex. in l. ſciendum ff. de
uerb. oblig. Bar. in authen. ſi uerò C. de iudic. Bal. in
rub. C. de rer. permut. ergo quamuis erratum fuerit,
tamen prætextu talis erroris non poterit dictus Seba-
ſtianus negotium ſopitũ reuiuificare, tanquam finitũ
re iudicata, & tranſactione ſua, & maximè, quia ultra
laudum ipſe emologando, & adimplendo laudum,
uenit ad diuiſionẽ bonorum cũ hæredibus dicti Lau-
rentij, & ideo amplius contrauenire nõ poteſt. l. cum
tea. §. 1. C. de arbitr. & ibi omnes Doct. c. per tuas cum
ibi not. eod. titu. ubi gloſſ. ¶ Præterea quamuis [di-]
uiſionem, & compoſitionem errore factam inter [ue-]
rum hæredem, & hæredẽ putatiuum inſtitutum in te-
ſtamento minus ſolenni non præiudicet uero hære-
di, quin ipſe poſsit conſequi ius ſuum ab inteſtato. l. ſi
39 poſt. C. de iur. & fact. ignoran. iuncta gloſ. 3. & 4. Ta-
men id eſt uerum, quãdo diuiſio, ſeu compoſitio fuiſ-
ſet merè extraiudicialis, & ſine iudice, ut eſt ibi gloſ. in
la prima, ſecus ſi iudicialiter, & auctoritate ſuperio-
ris. l. cum putarem, & ibi gloſ. ff. famil. herciſcun. qui
text. probat hanc diſtinctionem, Bald. & alij poſt Bar
tol. in d. l. ſi poſt; prout in caſu noſtro pluries in-
teruenit diuiſio, & aſsignatio bonorum auctorita-
te iudicis, & mandato ſuperioris facta, ut ex pro-
ceſſu apparet, quia ſecundum Bald. ibi, quando di-
uiſio, & aſsignatio bonorum facta fuit per errorem
inter

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inter verum hæredem, & hęredem putatiuũ inſtitutũ in teſtamento vnius ſolenni per ſententiam, ſeu præcedente ſentẽtia, talis diuiſio, & bonorũ aſsignatio valet, & illi ſtandum eſt ad prẹiudiciũ veri hęredis; quia ſententia facit ius inter partes l. ſtatu liberi à cæteris. ſtatu lib. c. bone de elect. c. in præſentia de renunciat. de re iudi. not. per glo. & Abb. in c. qm̃ conſult. glo. de probatio. vbi poſt Inno. doct. cõmuniter, & ibi ſum ſolitus latiſsimè dicere, ꝙ in tm̃ ſolũ, & ibi ſum ſolitus latiſsimè dicere, ꝙ in tm̃ habetur pro ſententia, & eius iuſtitia, ꝙ talis dicitur præſumptio iuris, & de iure, contra quàm nõ admittitur regreſſus etiam per veras probationes. ¶ Non obſtant allegata in contrarium, quia ex prædictis apparent ſoluta, nam tex. in d. l. de his ff. de trãſactio. cũ dici non poteſt, ꝙ ipſa filia, & ſucceſsiuè Sebaſtianus hęres habuerunt ſcientiã teſtamenti, & eius tenoris eo tempore, quo ſoluta fuit dos filię, & Sebaſtiano coniugibus, quia in inſtrumento totus tenor teſtamenti fuit regiſtratus, & lectus, itẽ poſt mortẽ ipſius filiæ etiam Sebaſtianus illius ſcientiam habuit, cum litigando ſuper diſpoſitis in dicto teſtamento illud tũc fuiſſet productum, eiuſq; copia decreta, & exhibita Sebaſtiano nec non quando poſt ſententias, & laudũ facta fuit diuiſio, & aſsignatio bonorũ, vt apparet in illis inſtrumentis, & ideo ceſſat diſpoſitio d. l. de his, vt per ea quæ dixi, & l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. per Alex. in conſi. 114. colu. in 2. volu. Et ſi inde diceretur dicatur ignorãtia, qa & filia, & Sebaſtianus ignorauerunt teſtamentum eſſe nullum propter defectum ſolẽnitatis, dici poteſt, quod † talis error dicitur eſſe erroris, qui nocet in quærendis, vt eſt etiam ĩ caſu noſtro agebatur de hæreditate patris, quæ dicitur quæſita, vt eſt text. in l. ſi emancipata, & ibi glo. & Bar. de iuris & fact. ignor. & ibi per totum, & in l. iuris ignorantia, & ſequ. ff. eod. tit. At in caſu noſtro ex quo dicti coniuges, vel ſaltem Sebaſtianus ſæpius viderunt, & conſiderauerunt teſtamẽtum Laurentij, de facili, & veriſimiliter potuerunt videre numerum teſtium, & an ſcriptum eſſet in eo, notarium non dicere ſcripſiſſe, quòd Sacerdos haberetur publicè pro Sacerdote, quia hoc uitiũ erat patens, quod facit, vt teſtamentũ dicatur nullum, & in dubio pro eo non præſumatur, vt dicit Bald. in d. l. ſi poſt in 1. oppoſ. & Alex. in fin. verb. † ergo ſi huiuſmodi error, qui fateretur, allegetur, dicetur craſſus, & ſupinus, quia ſupinus, & talis, vt non debeat prodeſſe alleganti. l. nec ſupina l. regula. §. ſi quis in fin. verb. ff. de iur. & fact. ignor. Et ſi dicatur, quòd dicti coniuges errauerunt, quia ipſi ignorauerunt ex tali defectu vnius teſtis, vel omiſsionis ſolennitatis teſtamentum eſſe nullum, imo credebant illud valere, dico, iſtam ignorantiam, & hunc errorem fuiſſe, & eſſe iuris, arg. l. 1. ff. de iur. & fact. ignor. & habetur in d. l. ſi poſt, & in d. l. cum teſtamentũ. C. eod. tit. † qui error iuris etiã mulieribus, & maioribus nocet in quærendis, etiã ſi ſimus in hęreditate materna, ſeu paterna, quæ non dicitur quæſita, ſed quaſi quæſita, & de ea iudicatur, vt de re quærenda. l. 2. & 3. & per totum. C. de iur. & fact. ignor. Item propter iuramentum, quia fuit renuntiatum cũ iuramento, valet tranſactio, compoſitio, ſeu aſsignatio facta ſuprà cũ hæredibus ſcriptis, nõ obſtante quòd fuerit dictum viſis, lectis, & cõſideratis verbis teſtamenti, iux. d. l. de his, vt latè habetur per Alex. in d. conſ. in 2. vol. in 4. & 5. colu. & habetur in d. l. de his, & per Alex. in d. §. duo fratres, cum pluribus, quæ poſſem allegare. ¶ Non obſtat, quod filia erat minor, ergo poſſit etiam ſuccurri hæredi ſuo per reſtitutionem in integrum, vt ſuprà, quia ex quo ipſe Laurentius erat maior, & interuenit ſemper in quibuſcũque geſtis, & factis, ceſſare debet reſtitutio, † cũ illa nõ de-

tur maiori propter errorẽ iuris, quãdo ſumus in quærendis, prout ſunt, & erant dicti coniuges, vt dictum fuit ſuprà per tex. in d. l. 2. & 3. & per glo. & doct. in d. l. ſi poſt cum ſimilibus. Cæteris autem, quæ in contrariũ allegata fuerũt, & allegari poſſunt, ex p̃dictis patet reſponſum facilè poſſe accommodari. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamẽtum factũ cum clauſula derogatoria ad ſequentia quo modo per ſequens teſtamentum reuocatum dicatur. & nu. 7.*

2 *Quid de facto inter liberos cum eadem clauſula. & num. 8.*

3 *Teſtamẽti reuocatio facta ſolenniter corã ſeptem teſtibus ad utilitatẽ veniẽtiũ ab inteſtato, quos teſtator vult ſibi ſuccedere, dicit eſſe teſtm̃, in quo ueniẽtes ab inteſtato ſunt hrędes inſtituti.*

4 *In teſtamento extendo ad conſilium ſapientis quid ſapiens poſſit apponere.*

5 *Specialiter dictum quid dicatur.*

6 *Vltima volũtas defuncti attẽdit, cęteriſq; pręcedẽtib⁹ pręualet.*

8 *Teſtamentũ ſecundũ ſolẽniter factũ inter liberos tollit omne præcedens teſtamentum etiam inter liberos abſq; ſpeciali mentione clauſulæ derogatoriæ prioris.*

9 *Specialiter, & nominatim quid in teſtamento exprimitur etiam per verba uniuerſalia, quamuis pro forma expreſſio ſpecialis, & nominatim facta requireretur.*

10 *Teſtamẽti propriũ magis eſt præteritis, quàm futuris derogare.*

11 *Teſtamentum ad pios uſus factum, piaq́; legata continens clauſulã tam ad præterita, quàm ad futura derogatoriam habet.*

12 *Teſtamentũ cũ clauſula caſſans, & irritãs omne aliud teſtamẽtũ hactenus factum, etiam ſi in illo eſſent verba derogatoria expreſſa &c. valet, prioribuſq; derogat.*

13 *Idẽ, ſi ſolã clauſulam habeat Caſſans, & irritans omne aliud teſtamentũ hactenus per eum factũ cum abbreuiatura etcætera.*

Abbreuiatura, etcætera, in teſtamentis, alijſq; actibus quomodo extendatur, & quid importet.

14 *Teſtamentũ extendẽdum ad conſilium ſapientis debet extendi cũ clauſula derogatoria præcedentium.*

15 *Imola in l. gallus. §. idẽ credẽdum. ff. de lib. & poſth. declaratur.*

16 *In teſtamento vltimo quando ad reuocationẽ prioris non ſolũ de priori, ſed etiam de clauſula derogatoria illi appoſita ſpecialis mentio fieri debeat.*

17 *Protocollo potius, quàm exemplo ſtandum eſt.*

18 *Derogatoria verba teſtamentorum quæ dicantur.*

19 *Hæc verba, ſi contigerit eũ mori ſine teſtamento non faciente expreſſam mentionem de hac diſpoſitione, an inducant derogationem ſequentibus: & quo modo poſſint verificari.*

20 *In Derogationis materia ſi expreſſum non valet, vt eſt expreſſum, nec id etiam valet, quod tacitum eſt, taciteq́; infertur.*

21 *Clauſula derogans ſequentibus teſtamentis eſt exorbitans, odioſa, & reſtringenda.*

22 *Derogatio ſequentium non inducitur in teſtamentis ex verbis dubijs, quæ tacitè poſſent derogationem importare.*

23 *Teſtamentũ extendendũ ad ſenſum ſapientis cũ clauſulis amplioribus etiam derogatorijs de quibus derogatorijs intelligatur.*

24 *Alex. in conſi. 163. nu. 5. lib. 7. declaratur.*

25 *Legata debentur, etiam ſi teſtator hæredem uniuerſalem inſtituendo illum in omnibus bonis dictione alijs inſtituerit.*

26 *Emphyteoſis cõceſſio facta pro ſe, filijs, & nepotibus uſq; in tertiam generationem compræhendit etiam pronepotes.*

27 *Emphyteoſis Eccleſiæ alienatio inter comprehenſos in conceſſione non prohibetur.*

28 *Filius naturalis etiam legitimatus ad emphyteoſim Eccleſiaſticam non admittitur,*

29 *Maximè quando eſſet conceſſa pro filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio naſcituris.*

30 *Legitimatus à Comite non dicitur natus ex legitimo matrimonio, neq; comprehenditur in diſpoſitione vocante legitimos, & naturales natos ex legitimo matrimonio.*

31 *Emphyteoſis Eccleſiæ poteſt legari vni ex comprehẽſis in conceſſione, etiã alijs excluſis.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN